



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 19. Equites Templarii capiuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIV.

A C 1307

tutes a sancto Fræsule vivo exercitatis facta esse ac fieri continenter miracula ad sepulchrum ejus: & Papa Guidoni Santonarum, ac Raymundo Lectoræ Episcopis 3 Aug. 1307 mandatum dedit, ut Ludovici vitam & miracula investigarent.

§. XIX.

Equites Templarii capiuntur.

Cont. Nang. Res maxima, quæ in congressu Pictaviensi tractabatur, ac præcipuam ei

Spicil. p. 624 tom. II. materiam præbebat, fuit causa Templiorum. In pluribus historiæ hujus lo-

Sup. l. 72.

S. 44.

L. 79. §. 49.

L. 83. §. 18.

L. 84. §. 54.

cis vidimus eorum Ordinem a longo tempore flagrasse infamia ob malam fidem suam, disciplinæ impatientiam, & abusum privilegiorum suorum. Illud proverbium: More Templariorum bibere, quod post tantum temporis etiamnum in

sermone teritur, indicio est, qualis eorum fama hac in re fuerit.

Occasio in eos inquirendi duobus narratur modis, quorum verisimilior mihi videtur iste. In arce regia dicece-

Baluz. vit. seos Tolosanæ quidam Squinus de Floriano dictus civis Bliterensis. & unus

Eques Templarius desertor religionis ob sua crimina eidem carceri munito in-

clusi fuerant. Propter conscientiæ con-

victia suam desperantes vitam alter alteri noxas suas confitebantur: ut tunc fa-

ciebant

ciebant ii, qui in mari vel alio discrimine
magno versabantur. Squinus audita ^{acui. XIV.}
^{A.C. 1307.} Templarii confessione, postridie alias ca-
stri regii Praefectum acciri ad se curavit, ^{Soinv. p. 71.}
cui se offerebat ad detegendum Regi
Galliae arcanum tanti ponderis, ut inde
plus utilitatis quam ex adeptione novi
regni posset capere. Ergo jube me,
addebat, probe vincitum constrictumque
ad ejus alloquium duci: nemini quippe
alii secretum aperiam, etiamsi vita mihi
silentium constaret meum.

Praefectus homini blanditiis, promis-
sisque ac minis persuadere, ut rem ipsi
patefaceret, frustra conatus, omnia per-
scripsit ad Regem Philippum, qui præ-
cepit, ut Squinum valida cum custo-
dia Parisios ad se mitteret. Eo delatum
Rex seorsum abduxit, veritatem rei co-
gnoscendi gratia, securum fore, immo
mercedem laturum spondens. Squinus
ei confessionem Templarii continenter
exposuit, scilicet hunc in Ordinis in-
gressu ac saepe postea se adstrinxisse ad
plura errata contra fidem, & ad alia cri-
mina sigillatim expressa. Rex protinus
quosdam Templarios capi jussit ac inter-
rogari de delictis sibi denunciatis, quæ
vera comperta sunt.

Rex ea Papæ tum ipse dixerat Lug-
duni an. 1305, tum Pictavii curabat di-
ci: ut fatetur Clemens in epistola ²⁴

obnisi

R r 5

Aug.

Sæcul. XIV. Aug. an. 1306 ad Regem data: ubi a-

A. C. 1307. gnoscit Regem sic egisse studio fidei, &

Baluz to 2. adjungit: Credere nollebamus ea, qua-

p. 75. nobis hac de re tunc dicta erant, &

Dupui. p. 100. videbantur ne potuisse quidem fieri. Sed

cum postea plura fidem excedentia &

inaudita hactenus de Templariis audi- semus, coacti suimus ambigere, & qua-

ratio justitiae poscit, omnia quaque summo cum dolore facere. Magister

autem & plures Equites Ordinis benefi- ciis prædicti tum in regno tuo tum in

aliis, cum suam famam apud nos, ac-

te, aliosque profanos Dominos vapulare

comperissent, magnopere nos orarunt

non semel sed saepius, ut post has ac-

cusationes, quas perhibebant fallas, e-

doceri nos, quid subesset, curaremus,

seque, si essent innocentes, absolveremus,

si essent lontes, condemnaremus. Proin-

de nequid negligamus in causa conti-

gente fidem, & quod ea, quæ nobis

de illa indicasti, nostro in animo gra-

ve pondus habeant; de consilio nostro

rum fratrum Cardinalium statuimus mox

inquisitiones hanc in rem accuratas in-

cipere: & quæ in ea faciemus, omnia

tibi nunciabimus. Cupimus autem, ut

vicissim communices nobiscum ea, quæ

hac in causa cognoveris, & omnia, quæ

censueris expedire.

5. 8. 11. 16. 21. 26. 31. 36. 41. 46. 51. 56. 61. 66. 71. 76. 81. 86. 91. 96. Deinde

1. 6. 11. 16. 21. 26. 31. 36. 41. 46. 51. 56. 61. 66. 71. 76. 81. 86. 91. 96.

Deinde Papa Regi scripsit, si Templa- Sæcul. XIV.
 riorum crima essent tanta, ut Ordinem A.C. 1307.
 universum tolli oporteret, se velle cun-
 cta illorum bona impendi in suppicias
 terræ sacræ ferendas, nec in usus alios
 converti. Dabat 9 Jul. 1307. Et men-
 se Majo præcedente ad Amalaricum
 Tyri Dominum ac regni Cyprii Admini- Dupui p. 104
 stratorem scripsiterat, ut Templarios, qui
 ibi versarentur, omnes comprehendendi ju-
 beret. Epistolam ferebat Frater Haito
 ad Cyprium suum coenobium rediens.
 Amalaricus Papæ ita respondit: Tuum
 mandatum omni, qua possum, diligentia
 confidere decrevi. At Templarii hoc in
 regno maximis pollut viribus: ac e-
 docti de tota re, cum copiis, quas Nimo-
 sia iporum sumptibus alebat, recesserunt
 se defendere admodum parati. Quapro-
 pter haec in re circumspectione magna
 mihi est utendum. Veruntamen, cum
 tuæ Sanctitatis imperium exequi omni-
 no velle me vidissent, castrensis Præ-
 fectus & alii quatuor Duces Ordinis
 cum Equitibus decem circiter Nicosiam
 delati me domi meæ agentem 27 Ma-
 ji adierunt: & coram duabus Episco-
 pis, pluribus Religiosis, Canonicis, Baro-
 nibus, EQUITIBUS, aliisque viris inter gran-
 dia demissionis indicia promiserunt per
 omnia tibi gesturos morem. Igitur cum
 eorum arma, equosque in potestatem
 meam

Bal. 2. p. 97.

Sæcul. XIV. meam accepissem, ejunctos allervare sta-
A C. 1307. tui, quod tutissimum videbatur: ac eo-
rum bona recenseri mox curabo. In-
terim vehementer rogo, ut conservan-
dæ Cypro invigiles: nam Saraceni, ut
audio, tantam nunc armant classem,
quantam nunquam antea. Has Papa
litteras Regi Philippo misit 25 Aug.
1307.

Bal. I. p. 100. Interea Rex per totum regnum suum
Dupui. p. 90 ad militum Ductores mandata misit se-
cretissima, ut valido cum comitatu, &
bene armati certo die in procinctu sta-
rent, ac proxima nocte aperirent missas
sibi litteras; vetuitque sub mortis poena,
ne prius eas resignarent. Tempore præ-
finito solutis litteris legebant ibi manda-
tum, ut Templarios, quos possent in-
venire, omnes in suo quemque loco ca-
perent: quod diligentissime executi eos
arcibus inclusere appositis custodibus:
Sic uno eodemque die Veneris post
festum S. Dionysii decimo tertio Octobris
an. 1307 Templarii per universam Fran-
ciam sunt comprehensi magna totius or-
bis admiratione. Magister Genera-
lis sicut cæteri fuit captus Parisiis in
ædibus ordinis.

§. XX.

Sæcul.XIV.
A.C. 1307.

§. XX.

De Templariis habetur quæstio.

Eadem in urbe mox quæstio de captivis *Dupni. p.82.*
 haberi coepit coram multis testibus per Guilielmum Parisensem ex Ordine Prædicatorum Inquisitorem ac Regis conscientiæ arbitrum hanc ad rem a Papa constitutum. Primus interrogatus est Frater Joannes Fullejus, qui sic loquebatur: Cum recipere in Ordinem, Præpositus me duxit in locum secretum, ut abnegarem Deum. Recusantem coagit inquiens: Tradidisti te nobis. Compulsum me videns ajebam: Abnego te, intelligens Præpositum. Consului post hæc Bonifacium Lombardum causidicum, an hic ordo esset relinquendus mihi? Suasit, ut coram Parisino Judice in rebus sacris asseverarem non placere mihi hunc Ordinem. Frater Reinerius *p. 38. n.2.* Lyricanthinus confessus est se Christo renunciasse fidem, ac ejus e cruce pendens imaginem consputasse, vidisseque crebro in comitiis generalibus adorari caput barbam prolixam habens. Guido Dalfinus duodecim duntaxat annorum erat, cum Ordini nomen daret: descivit a Christo, & crucem conspuit. Robertus Iffius eadem fassus est scelera; & addidit ea se Pœnitentiaro aperuisse; quin etiam,

n. 4.

n. 14.